

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Studium b
cum fonte primo

Quid est inuenire nisi
in id uenire quod queritur?
Que autem ultro occurrunt menti
non dicuntur inuenta quamuis dicantur
cognita quia non
tendebat anima ad illa querenda.

Augustinus libro IX. de trinitate.

Vnde et ipsa quae appellatur inuentio si
uerbi originem retractemus,
quid aliud resonat nisi quia inuenire est
in id uenire quod quaeritur? Propterea
quae quasi ultro in mentem ueniunt
non usitate dicuntur inuenta, quamuis
cognita dici possint quia non
in ea quaerendo tendebamus ut in ea
ueniremus, hoc est ea inueniremus.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*,
10, 7 (CCSL 50, W.J. Mountain ed.,
pp.323-4, ll.42-49).